



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavtio Criminalis, Seu De Processibvs Contra Sagas Liber

Spee, Friedrich von

Francofurti, 1632

Lectori Salutem De secunda hac Editione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11133

Lectori Salutem
De secunda hac Editione.

 Vm prima Editio huius libri,
 quam præhabita approba-
 tione Facultatis Iuridicæ Rin-
 thelensis , protulerat supe-
rioribus Nundinis Petrus Lucius Hypo-
 graphus Academicus ibidem ; plu^t na
 excitauerit ingenia non solum egregie
 piorum sed etiam doctorum ; vt existi-
 ment rem hanc de multitidine malefi-
 corum in Germania debere accuratius
& sine præiudicio examinari : itemq;
 portere exemplo Danielis serio impo-
 sterum à summis Magistratibus inquiri
 in Processus haetenus seruatos : Cumq;
 etiam Republicæ nonnullæ & Princi-
 pes conscientia tacti fuerint, & Proces-
 sus suos mox suspenderint, libro hoc vi-
 so & diligenter examinato; maxime vbi
 iis simul suggereretur, qualiter quidam
 eorum Commissarij & Iudices minime
 seruarent Constitutionem Criminalem
 Carolinam , & quidem in quibusdam
 punctis maximi momenti , quæ nemo
 fere haetenus aduertit: Inde visum est

A . 3 mul-

Ad Lectorem.

multis, atque etiam nonnullis Spiræ in Camera & in aula Imperatoris plane expedire, vt rursum quantocyus recuderetur, & sic via sternetur ad ultius considerandum, & eruendam veritatem: præsertim quoniam agitur de sanguine humano & fama non solum Germaniæ, sed & fidei Catholicæ: atque exemplaria omnia editionis primæ sic subito intra paucos menses distracta sunt, vt nullum iam amplius haberi potuerit quantocunque pretio. Quare vt plurimorum desideriis fiat satis, curauis meis sumptibus recudi, vsus exemplari manuscripto quod Marpurga mihi communicauerat vir amicissimus. Tu Lector fruere, & vale.

Ioannes Gronæus Austrinus

I. C.